

177

1



Qua fruitur, mittit Regina Ioanna salutem
 Tristi Vateriae Vateria ipsa Domo.
 Miraris, quod tanta mihi sit cura Meorum,
 Vt mea nunc etiam posthuma uerba legas?
 Nos minus in caelis tenet haec obliuio, somnis
 Cogar ut aeternis immemor esse Tui.
 Orba quidem Nato, minime Tibi salua uideris,
 Attamen est Nostrum saluus uterque satis.
 Dimidioque Tui quamuis sis flore minuta,
 Integer at perstat flos tamen ille Tuus.
 Mortales fallunt mentes, falluntur itemque,
 Heu! quoties pendunt ardua facta Dei.
 Namque ego, dum pepererim, perii, thalamusque se-
 pulchrum
 Factus, at urna mihi uita, salusque, fuit.
 Vt mea nunc taceam, Vobis quid funera Fratris
 Luctus? quid gemitus? quid lacrymasque cient?
 Blandus erat? poteratque Sibi deuincere quemque
 Promptus? et in cunctos officiosus erat?
 Sic est. hac placuit multis, oculisque Suorum,
 Hac mihi prae reliquis charior arte fuit.
 Non sic in pretio Phaëtonta habuisse feruntur
 Heliades, cordi quam fuit Ille mihi.

Non hoc Antigone corpus Polynicis amauit,
Is mihi quo semper cultus amore fuit.
O utinam Vobis uoces audire liceret,
Quas in congressu coepit uterque loqui!
O utinam Nostros licuisset cernere uultus,
Gestus, amplexus, laetitiasque pares!
Credo, nemo foret Vestrum, qui gaudia tanta
Inuideat Nobis, tristis et esse uelit.
Pergitis, ingentem Vobis de Fratre fuisse
Spem, fore, doctrinae mox ferat omne decus.
Ut doceat medicas alios, quas calluit, artes,
Ut felix homines a Styge mille uocet.
Largior. Est num maior honos, doctrinaque maior,
Illi quam cessit gratia summa Dei?
Non hic Ille rudes homines, aegrosque, frequentat,
Quos lex Vos omni cogit adire die.
Sanctis cum geniis semper uersamur, amoenis
Numinis hic oculis ora uidere licet.
Dicitis, et Patris Fratrem potuisse senectam
Voce sua, factis, reque, leuare diu.
Ac olim suauis quam plurima commoda uitae
Euectum Nostrae suppeditare Domo.

Nil dubito. Deus at, quod sic praestare negauit,
Id Vobis alia nec ratione potest?
Sunt, sunt mille uiae, quibus is succurrere nouit,
Mens hominum nullam quando retorta uidet.
Si uegetam donet Patri, laetamque, senectam,
Ecquid opus multum tunc ope Fratris erit?
Praestabit, noui nam fat bene, Frater et alter,
Quae poterit, poterunt quaeque placere Patri.
Sic Vobis pariter reliquis mens consulat alta
Numinis, ut sancta sit celebranda prece.
Quare, agite, o chari, tetros deponite luctus,
Ac Vestros animos sacrificare Deo.
Et laetum Fratri caelum, Fratremque Sorori,
Linquire, quo mecum gaudia summa ferat.
Exemplum cepi, quam me bene magna uoluptas,
Ordine cum Vestrum quisque aderit, maneat.
Interea, placide quoad expectamus honores
Hos, et nunc iterum, Gens mihi chara, uale!
In caelis scripti Regina Ioanna, diebus,
Queis primis licuit denuo Fratre frui.
Et ne Te fugiat quicquam, me, scito, Maritum
Haec iussisse alacri scribere cuncta manu.

IOANNA REGINA TEMMICHIA
GENTI SVAE

S. P. D.

AK



78 M 399

(x2258744)

10/17



Qua fruitur, mittit Regina Ioanna salutem
 Tristi Vateriae Vateria ipsa Domo.
 Miraris, quod tanta mihi fit cura Meorum,
 Vt mea nunc etiam posthuma uerba legas?
 Nos minus in caelis tenet haec obliuio, fomnis
 Cogar ut aeternis immemor esse Tui.

Quae quidem Nota, minime Tibi salua uideris,
 rum saluus uterque fatis.
 amuis sis flore minuta,
 flos tamen ille Tuus.
 ntes, falluntur itemque,
 dunt ardua facta Dei.
 peperi, perii, thalamusque fe-
 pulchrum
 ihi uita, salusque, fuit.
 n, Vobis quid funera Fratris
 nitus? quid lacrymasque cient?
 atque Sibi deuincere quemque
 nctos officiosus erat?
 t multis, oculisque Suorum,
 liquis charior arte fuit.
 naetonta habuisse feruntur
 quam fuit Ille mihi.

